

'Ως πρὸς τὰ ὑπόλοιπα ὀφφίκια τῆς νήσου νὰ προκηρυχθῇ ἀπὸ τοῦτο, ὅτι οὐδὲν θέλει δοθῆ ἐπὶ μίαν πενταετίαν λόγῳ χάριτος καὶ ὅτι τὸ παρὸν θέσπισμα δὲν δύναται νὰ ἀνακληθῇ. 1372, Φεβρουαρίου 29.

F^o 42^r Millesimo trecentesimo LXXII, die ultimo Februarij. 1

Capta in Rogatis et Zonta.—Quod pars infrascripta alias scilicet millesimo trecentesimo LXIII, die XXVIII Julij.

Capta in Rogatis et Zonta cum bene responderat, confirmetur in totum et in eadem forma, sicut jacet per quinque annos et tantum plus donec fuerit reuocata. Et si consilium etc. Tenor uero dicte partis talis est. Quia expedit omnino dare ordinem et regulam de officijs et beneficijs insule Crete ut de cetero nullus error occurrat; uadit pars quod infrascripta regula et ordo debeat de cetero de 5 ipsis officijs et beneficijs obseruari, uidelicet quod omnes domini de nocte Crete, omnes judices, omnes camerarij et kommerclarij fiant in maiori consilio per electio- 10 nem secundum modum solitum. Et sint dicta officia et judicatus ad conditionem aliorum officionum et regiminum nostrorum intus et extra, que fiunt per electio- nem in maiori consilio, in casu quo ab aliquibus per gratiam peterentur secun- dum formam partis alias capte in maiori consilio in millesimo trecentesimo qua- 15 dragesimo secundo die XII Maij loquentis super hoc. Admirarie et cancellarie etiam fiant in nostro maiori consilio secundum usum. Alia omnia autem officia 20 et beneficia dicte insule quocumque nomine nuncupentur, stringantur quod dehinc modo aliquo uel ingenio dari uel concedi non possint per gratiam alicui usque quinque annos proximos nec reuocari presens pars sicut pluries factum fuit sub pena librarum ducentarum pro quolibet consiliario, capite et alio ponente uel consentiente partem in contrarium. Set dentur illa talia officia et beneficia 25 deinde per nostros rectores sicut est solitum fieri et seruari. In capite uero quinque annorum per unum mensem ante consiliarij et capita teneantur uenire ad istud consilium sub debito sacramenti et prouidere sicut uidebitur super hoc. Et nichilominus donec uenerint et prouisum fuerit super predictis, hec pars duret et seruetur ut superius dictum est.

14

'Επιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ σὲρ Πέτρον Γρίττην ρέκτορα Σητείας, ὅπως ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν μετὰ τῆς οἰκογενείας του καὶ ἐλαφρῶν ἀποσκευῶν ἐπιβαίνων ἐφ' ἐνὸς τῶν δύο κατέργων Κρήτης, τὰ οποῖα πρόκειται νὰ ἔλθωσιν ἐνταῦθα. 1372, Μαΐου 5.

F^o 42^{ro} Millesimo trecentesimo LXXII, die quinto Maij. 1

Capta. Quod concedatur uiro nobili ser Petro Griti rectori Sithie quod possit redire Venecias cum sua familia et arnesijs suis leuibus cum duabus galeis Crete debentibus huc uenire de Creta.

